

Sigismundus primus rex Polonia, Lu:  
dovico Hungariae et Bohemiae regi.

129  
Post miserabilem casum magnifici Ste:  
phani de Bathor, non quin è vestigio  
causam eius, ut in integrum restitueretur,  
summa contentione ageremus, quandoquid:  
dem ope et auxilio nostro illustris prin:  
cipes domina Zophia uxor eius, ducum  
Masoviae soror, in matrimonium sibi col:  
locata est. Duabus itaque causis permo:  
ti, ad eam iuvandum adducti eramus,  
quod scilicet et matrimonii eius autho:  
res fuimus, et quod de gradu dignitatis  
iectus et exauthoratus, non sine ma:  
gno dedecore uterque ipsorum vitam de:  
gere cogitur, non multo ante cum ma:  
gna sua, suorumque omnium gloria,  
ad summum regni magistratum erectus,  
in quo florere, et apud omnes homines  
gratiosus esse videbatur. Quanta sit au:  
tem ista calamitas, quamque gravis et  
molesta, quam adverse fortune maligni:  
tas attulit, quae iure suo quodammodo  
sibi id vendicare videtur, ut vim impe:  
rii sui in omnes passim exerceat, non  
ex multis humanis casibus intelligen:  
tes, ad hoc à principio casus eius pro:  
pensi eramus, ut eum ad pristinum sta:  
tum

1524

tum reducendum pro virili parte iuvare:  
mus, et quemadmodum antea id feci-  
mus, ita et nunc ei deesse nolimus,  
vestramque maiestatem vehementer roga-  
mus, id iam efficere dignetur, quod in  
recuperanda dignitate, de qua deiectus est,  
id sibi iam iam polliceri valeat, ut no-  
stro auxilio, vestraque item maiestatis  
auctoritate et gratia, id quod summa  
necessitate adductus petere cogitur, tan-  
dem consequatur. Cupimus vestram ma-  
iestatem bene et feliciter valere, cuius  
matris amori nos commendamus. 1524